



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Plethrum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

ginti quinque passibus nostris terminatur, qui pedes essent DC XXV. Ea summa octies computata mille facit, quæ dimensio proximè accedit ad eam, quam ponit Herodotus II. ubi de labyrintho, ἀδὲ ἑκατὸν ὄργυια δίκαια εἰς στάδιον ἔξ ἀπληθρον Orgyia centum iuste stadium conficiunt hexaplethron. Quod vero ad agones pertinet, Græci stadium suum ducentis pedibus metiuntur. Sed Herculeum periti herois staturam ex eo stadio, quod ipse suis pedibus metitus est, prodidere. Italicum porro pedes continet CXXV. auctore Cenforino. Erat & stadium Pythicum, quod pedibus mille consistitisse tradunt: Olympicum, quadringentis tantum. Sic colligimus ex his stadium non fuisse certæ mensuræ spatium, sed parts illius, quæ alicubi brevior, alicubi longior fuerit, agonibus delin-

Autor A.
Cælius lib.
2. cap. 1.
Conf. c. 12.

Plutarchum
& Suidam.

PLETHRUM. CAP. LII.
Plethrum vero mensura est centum pedum, sexta quippe stadii pars, ut apud auctores Græcos passim habetur, πλέθρον ἑξ ἑκατοσίων πεδῶν ποσὶ. Tantumdem vero est, centum id consistere orgyis dicere, cum, ut superius dictum, orgyia sex occupet pedes.

D. Hier. 1200
constare ait

DIAULUS. CAP. LIII.
Diaulus mensura est duorum stadiorum. Cæterum varietas stadiorum effecit, ut diaulum nonnulli ducentis constare cubitis crediderint. Quin & cubitus ipse, ut suo loco dictum, plurimum habet varietatis.

Vel 100. passibus
suis, unde et
nomen.

HIPPICUM. CAP. LIV.
Hippicum, quo scilicet Equi ad cursum admittebantur, duplo majus diaulo fuit: nam quatuor id stadia comprehendisse, Plutarchus auctor est.

Vel 100. passibus
suis, unde et
nomen.

MILLIARIUM. CAP. LV.
Milliarium, ut Junius Nypsius, octo stadiis constat: ut Vitruvius, pedibus quinquies mille, atque ita stadium id assumitur, quod cxxv. passibus nostris terminatur, quos pedes esse diximus sexcentos quinque & viginti, quinis unicuique passui pedibus adnumeratis.

Δολιχός,
ut de longi-
tudine tem-
poris, ita &
stadii, &
mensura di-
citur, à cur-
su ὁ δολι-
χέως, do-
licum cur-
ro.

DOLICHUS. CAP. LVI.
Dolichus, ut nonnulli ponunt, stadia continet duodecim, unum quippe milliarium & semis. Qui vero quatuor & viginti aut uno minus ponunt, quæ tria esset milliaria, recursus rationem mihi habuisse videntur: erat enim locus, ubi Equi sunt cursu exerceri soliti cursu septies iterato: quare à flexu locus ita nuncupatus. Apud Pindarum invenies, & octies & duodecies iterationem ejusmodi fieri solitam, pro Equorum, qui jungebantur, modo: de quo in commentario de Metis diximus. Ita patet illud apud Chrysofomum in epistola ad Philippenses homilia prima: *Et enim qui postquam decem dolichos cucurrit, si post deficiat, omnem amisit laudem*: dictum, quia scilicet duo adhuc dolichum erant decurrendi.

Perse quo-
que schænis
& parasan-
gas, alii alia
mensura de-
terminant.
Plin. lib. 6.
c. 26.
Leugua gal-
lice, sicut

PARASANGA. CAP. LVII.
Parasanga, mensura Persicæ, in stadia triginta porrigitur. Herodoto ea essent tria milliaria & semis, qua dimensione in itineribus Transalpinae nationes plurimum utuntur vulgo Leuguan appellantes: quamquam & Leugua spatium pro locorum regionumque situ plurimum varient, quippe quæ inter Alpes, breviores, in Germania vero atque Galliarum campis, longius protrahuntur. Denique eam mihi videntur rationem habuisse, ut quantum itineris una hora obequitando confici posset, id ea nuncupatione appellarint: ideoque cum difficilior ac perinde tardior sit ingressus per Alpes, Leugas item eidem breviores constituerunt.

Herod. 1. 2.
Plin. lib. 12.
c. 14.

SCHOENUS. CAP. LVIII.
Schoenus duas occupat parasangas, quæ septem essent milliaria. Hæc inter Aegypticas mensuras adnumerantur ab Herodoto. Nonnulli stadia ea quinquaginta continere tradunt. Plinius ex Erato-